



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

17. Jejunia legitima nonnisi maxima necessitate solvenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quòd rite omni sabbato jejunetur.  
*Ex eodem.*

XVI. Sabbato verò jejunandum esse ratio Decreta In-  
ncc. I. c. 4. evidentissima demonstrat. Nam si die domini-  
ca ob venerabilem resurrectionem Domini  
nostri Jesu Christi non solùm in Pascha cele-  
bramus, verùm etiam per singulos circulos  
hebdomadum ipsius diei imaginem frequen-  
tamus, ac sexta feria propter passionem Do-  
mini jejunamus, sabbatum prætermittere non  
debemus, qui inter tristitiam & lætitiã tem-  
poris illius videtur esse inclusus. Nam constat  
Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, &  
propter metum Judæorum se occultasse. Qua-  
propter sicut sexta feria jejunandum, ita &  
sabbato agendum est: quia ambo dies tristi-  
tiam ostendunt, sicut dies dominica lætitiã.

Jejunia legitima non nisi maxima necessitate  
solvenda. Unde suprã.

XVII. Jejunia sanè legitima, id est, quar- 1.º par. 4.  
c. 32.  
ta & sexta feria, non sunt solvenda, nisi pro  
grandi necessitate: quia feria quarta Judas de  
traditione Domini cogitavit, & sexta feria  
crucifixus est Dominus. Videbitur ergo qui in  
his diebus non jejunit vel cum tradente tra-  
dere salvatorem, vel cum crucifigentibus cru-  
cifigere.

Ut incarcerati à Præpositis Ecclesiæ diebus  
dominiciis visitentur. *Ex Concilio  
Aurelianensi.*

XVIII. Miserationis intuitu æquum du- Concil. Aure-  
lian. 5. c. 20.  
B b iij